

No. 688. 1384. 6. Dec.

B. Nicolaus ertheilt den Wohlthätern der Franziskaner zu Torgau Ablass.

Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Misnensis omnibus Christi fidelibus salutem et pacem in domino sempiternam. Cum iustum et rationabile sit, devotas preces, quae fructum cumulant animarum benivole exaudire, hinc est quod supplicatum est nobis per religiosum virum fratrem Johannem custodem custodiae Misnensis et fratres ordinis minorum conventus Thorgaensis, quod dignaremur stipendia spiritualia benefactoribus et benefactricibus eorum gratiosius elargiri. Confisi igitur de omnipotentis dei gratia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate omnibus vere poenitentibus, qui praedictis fratribus in Turgaw manum porrexerint adiutricem pro suis necessitatibus et structuris eorundem, et eis ex speciali gratia confitentibus et de sepultura eorum existentibus ac ecclesiam eorundem frequentantibus in missa et vesperis ac aliis horis diurnis pariter et nocturnis, et per cimiterium eorum pro defunctis orando transeuntibus ac in pulsu serotino ter Ave Maria flexis genibus devote dicentibus quotiens totiens quadraginta dies indulgentiarum et unam karenam de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in domino impartimur. Datum Stolpin anno domini M^o CCC^o LXXX quarto in die sancti Nicolai confessoris nostro sub appenso sigillo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 689. 1384.

Senior und Capitel verpflichten sich die vom Decan Nicolaus von Aldenburg eingesetzte Feier des Festes des h. Nicolaus in der Domkirche zu begehen und die hierzu angewiesenen Gelder in der vorgeschriebenen Weise zu vertheilen.

Nos Bertoldus Wilde inter capitulares senior, custos, Nicolaus Monetarii archidiaconus Nisicensis et Ramfoldus de Polenczk canonici totumque capitulum ecclesiae Misnensis tenore praesentium publice profiteamur, quod cum venerabilis vir dominus Nicolaus de Aldenburg noster et praedictae nostrae ecclesiae decanus ob suae progenitorumque suorum animarum salutem propriis suis pecuniis unam sexagenam grossorum Fribergensium in villa Magna Pruz districtus Misnensis, et quatuor solidos grossorum eorundem in villa superiori Redirn districtus Haynensis, annuorum reddituum rite et rationabiliter emisset et comparasset, et tandem pia devotione motus eosdem redditus nobis et nostro capitulo pro maiori sollempnisatione festi beati Nicolai episcopi et confessoris perfecta donatione inter vivos, salva ipsius dispositione et ordinatione infra scriptis, devote et pie obtulisset — nobisque humiliter supplicasset quatenus huiusmodi suam donationem pro sollempnisatione praedicta ratam et gratam habere, dispositionemque et ordinationem infra scriptas — approbare et ratificare nosque ac nostros posteros quoslibet ad observantiam omnium eorundem astringere et